

## FEL TAURI INSPISSATUM.

℞. Fellis Tauri recentis q. pl.

Vaporet in concha vitrea in Balneo arenæ ad Extracti solidioris consistentiam.

## FLORES BENZOINI.

℞. Benzoes in frustula minora comminutæ quantum placet.

Immitte ollæ terreæ, cujus orificio imponatur conus fortis chartaceus & sat altus. Igne moderato, ut Benzoe fluat, sublimentur flores nivei, qui sæpius de cucullo eximantur. Hi ubi fufcescere incipiunt, tollatur olla ab igne, & frigefacta tufaque massa indatur retortæ vitreæ, & excipulo appposito destilletur ex Balneo arenæ. Prodibunt adhuc flores cum oleo nigricante odoris non ingrati. Finita destillatione flores ope aquæ fervidæ soluti ab oleo separentur, qui ex eadem frigefacta denuo crySTALLIFATI auferantur. Oleum Benzoes vero seorsim fervetur.

Si singulis libris *Benzoes* ante destillationem aliquot uncie adduntur spiritus vini, collo retortæ bene purgato, obtinetur non raro portio

tio

tio *Olei Benzoini* fragrantis, limpidissimi, & instar aquæ excoloris.

Potest etiam sine prævia sublimatione integer institui processus ex retorta supra dicto modo.

## FLORES SALIS AMMONIACI

### MARTIALES.

℞. Salis ammoniaci.

Lapidis Hæmatitæ partes æquales.

Tusa in pulverem commisceantur, immittantur in cucurbitam vitream, & imposito capitello instituat sublimatio in Balneo arenæ. In principio prodit parva portio liquoris alcalini volatilis, qui, si lubet, lagenula ad rostrum capitelli appensa excipi potest. Sequuntur flores variæ flaventes, qui, frigefacto apparatu tollantur, & in vitro exacte clauso ferventur.

## FLORES SALIS AMMONIACI

### SIMPLICES.

℞. Salis ammoniaci quantum placet.

Solve in sufficiente quantitate aquæ; solutionem filtra, & evapora, ut in crystallos niveas

veas coeat, quæ ferventur exsiccatæ. Perge evaporare lixivium reliquum, donec nihil amplius crySTALLIFETUR.

### FLORES SULPHURIS.

℞. Sulphuris ruditer tusi quantum placet.

Immissum cucurbitæ terreæ adaptatisque vasculis nonnullis sibi superpositis ad hunc processum idoneis (vulgo *Aludel* dictis) in summitate capitello perforato terminatis, igne moderato sublimetur. Sublimatum sic sulphur sub nomine *florum* fervetur.

### FLORES ZINCI.

℞. Zinci quantum placet.

Immitte crucibulo triangulari; cui superimpone aliud simile crucibulum inversum, ita ut anguli utriusque alternentur. Stent inter medios carbones, ut ZINCUM in fluorem deducatur. Sic ZINCUM in flammam exardescet, & sublimabuntur flores albi, qui successive utrumque crucibulum implebunt. Dum propter flores nimios superficiæ suæ inhærentes ZINCUM inflammari cessat, rutabulo ferreo flores amoveantur, ut de novo exardeat, quod repe-

ten-

tendum, donec omne Zincum in flores sit  
 conversum. Interea flores de utroque cru-  
 cibulo pro rei necessitate sæpius tollantur.

Hi flores si satis albi non sunt, per par-  
 vas portiones injiciantur successive in aliud  
 crucibulum candens, & calcinetur, ut casu  
 adhærens adhuc phlogiston abigatur, quo al-  
 bescant debite.

### GLOBULI CARMINATIVI

*vide:*

### SUPPOSITORIA.

### GLOBULI AD ERYSIPELAS

*vulgo*

### MONIALIUM SANCTÆ ELISABETHÆ.

℞. Pulveris Aluminis crudi unc. iij.

Salis ammoniaci unc. iβ.

Solvantur in

Aquæ communis libr. iβ.

Cum hac solutione lævigentur super por-  
 phyrice.

Cretæ albæ purissimæ libr. iiiβ.

Cerussæ libr. ij.

*Pharmacop.*

N

ulti-